

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Ivsta Exseqviarvm In Fvnere Generosissimi Noblissimiqve
Adolescentis Io. Henrici De Sommerfeld Et Falckenhayn,
Eqvitvs Silesii, Nvdvs Tertivs X ...**

Buddeus, Johann Franz

Halaе, MDCCII.

VD18 13259121

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.


Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



Ric/ Fs. n. 128

R

mund

mund

Ric

nto

6



IVSTA EXSEQVIARVM

IN FVNERE

GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE

ADOLESCENTIS

I O. H E N R I C I

DE SOMMERFELD ET FAL.
CKENHAYN,

E Q V I T I S S I L E S I I ,

N V D I V S T E R T I V S X A V G V S T I F A T A L I
M O R B O E X S T I N C T I ,

H O D I E XII A V G V S T I A B H O R A II
I N G L A V C H E N S I C O E M E T E R I O

R I T E A C H O N E S T E P E R S O L V E N D A .

A C A D E M I A E F R I D E R I C I A N A E

P R O C E R I B V S C I V I B V S Q V E ,

Q V I B V S C V M Q V E C O M M O D V M E S T ,
O F F I C I O S E E T H V M A N I T E R

C O M M E N D A T

E I V S D E M A C A D E M I A E P R O R E C T O R

I O. F R A N C I S C V S B V D D E U S ,

S. THEOL. LIC. PHILOSOPHIAE MORALIS ET CIVIL.

P R O F. P V B L. O R D.

HALAE, ANNO M DCC II.



Ic iterum prænobili exemplo comprobandum erat , quam nihil certum, nihil stabile in rebus humanis sit , sed æque ætas prima atque ultima obnoxia mortalitati. Decessit enim admodum adolescens IO. HENRICUS de SOMMERFELD & FALKENHAYN, non minus pietatis laude ac industria, quam generis antiquitate & auita Maiorum gloria commendandus. In eo gradu ætatis erat, vt flores protrudere, atque ex iis spem fructuum suo genere dignorum facere inciperet : sed quæ fragilitas humana est, vnuſ dies spem in diuersa & lugubria conuertit. Adficiuntur adolescentia eius, sed magis NECESSITUDINVM casu. De illo enim scimus non male actum esse , quia præpropero fato multis, quæ instabant, quæ sequuturæ erant, molestiis præreptus est, quas subire per naturæ conditionem necesse vtiique habuisset. Si quid triste ac luctuosum est in morte eius, non ad mortuum, sed ad illos, quos reliquit, illustres PARENTES & generosos FRATRES pertinet, aliosque necessarios, quibus is spem virtutis ac ingenii attulerat: qui vero quod Christi sapientia imbuti sunt, haud ferent immoderate quæ æterna lege ac bona Dei voluntare defuncto FILIO aut FRATRI contigerunt. Eductus, ereptus est miseriis, in quibus hæremus omnes, & liberari percupimus & optamus: præuenit in eas sedes, quo nos adultiores difficultate sane & aspera via tendimus : ac iis iam ornatus ille bonis est, & copiosissime cumulatus, quibus ut potiamur tandem, spe adhuc nos sustentamus. Fingite, o mœstissimi,

redire

redire VESTRVM, Deo dante, in vitam hanc mortalem; quid
lucratus inde foret? quæ res illum, quæ spes & animi solati-
um adficeret? vt fortunis vestris frueretur? vt ad summos
honores adscenderet? scitis quam hæc caduca, quam fragi-
lia sint omnia, & saepe prius abeant, quam data sint, aut
capi fructus ex iis potuerit. Sed esto, mansura illa fuisse: at
quanta cum mole miseriarum? quibus cum curis periculis-
que, quibus nemo mortalium exui potest, antequam cor-
pore animus exuatur. Itaque bene cum illo actum est, dum,
Innumeras calamitates præteruectus, in beatiores sedes
quam reliquit, felicissime anteuertit. Non est igitur quod
conqueramur de excessu eius, cui gratulandum de summa
felicitate est: sed officium honoris & memoriae, vt pium &
humanum est, faciamus. Natus hic IO. HENRICVS de
SOMMERFELD, Eques Silesius, Schmochwizii est in Li-
gnicensi Principatu, mense Septembri anno 1589, Patre
generosissimo viro FRANCISCO ALBERTO de SOM-
MERFELD & FALCKENHAYN, Domino in Schmoch-
witz, Jacobsdorf & Grunau, Ducatus Lignicensis Rediti-
bus Præfecto: Matre perillustri matrona MARIA ELISA-
BETHA, Domina de SCHWEINITZ, ex nobilissima zED-
LICIORVM Gente oriunda. Felix sic Noster ortu fuit: at
brevi post grande illum exceperit infortunium, quum non-
dum bimulo Parens optimus eriperetur. Utique magna
hæc ei calamitas fuisset, nisi cœlesti prouidentia generofis-
ma Mater perillustri & summe reuerendo Domino, Domino
GEORGIO RVDOLPHO, Libero Baroni de SCHWEI-
NITZ, Domino in Münchhofen, Seifersdorf & Sorge, po-
tentissimi REGIS Borussiæ, multo clementissimi Domini
nostrí,

nostri, Consiliario Intimo, & Magdeburgicæ Metropolitanæ Ecclesiæ Canonico, postquam eluxerat, nupsisset. Hic enim Nostrum non vt vitricus, sed vt pater alter, in cuius nomen successerat, complexus, nihil curæ, nihil studii & industriae posthabuit, quod ad hunc FILIVM, quem, tamquam ex se genitum, amauit, in recto de Deo sensu, in morum honestate, & liberalibus disciplinis formandum, aliquid conferret. Quod igitur melior educatio laudatis PARENTIBVS cordi erat, hunc, sex annorum puerum, Glauchensi Pædagogio, vixdum orto, tradiderunt, vt in pietate æque ac litteris proficeret, nihilque videret & audiret nihil, quod rectius fuisset nesciisse. Haud vana spes illustrium PARENTVM fuit, sed ille in precibus & Dei cultu industrius non sterili officio fuit, sed quod cum alio tempore, tum maxime in morbo nouissimo præclaros fructus spei & patientiæ tulit. Etiam in litterario studio progressum non pœnitendum pro ætate fecit, maiorem deinde facturus, si per fata, quæ auocarunt, licuisset. Iulio enim mense in morbum est implicitus, ardenti febri similem, cum crebra narium hemorrhagia coniunctum, qui saepè cessit medicinæ, saepius idem, aut fortior etiam recurrit, quo vires magis magisque sunt profligatae. Eius decimo quinto die, X Augusti, spe viuendi cum sanguine profusa, animam Noster, Deo deuotam, placide sub meridiem inter preces circumstantium exhalauit. Hodie reliquæ corporis ab hora 11 solemni & Christiano ritu in Glauchensi cœmeterio sepelientur, cui pietatis officio vt Academiæ PROCERES & CIVES, etiam illustrium PARENTVM caussa & NECESSARIORVM, intersint, per communem humanitatis legem officiose rogamus, amice admonemus. P.P. Halæ XII Aug. CICCI.

108 • 109

T 88

JAN 5.

5

vol 16-462

D



FS.
12